maiori minorennitate Succeßorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad evictorem vel alis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem p[rae]fatam ultra proximos Officy p[rae]fati Castren Capitan Prsmyslien Terminos dilationem sibi non requirendo nullasq[ue] motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo praemissaq[ue] omnia poenis simplicibus vel implicatis evasionibus suspensionibus fatalis Iuris proscrone Terrestri bello conventionales ac alis omnibus Iuris remedis et defensis non subterfugiendo nec alio quovis modo evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Wierzchowskie Magn̄cam Capn̄eam Garuolien Quietant et Statuent.

956

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemyslien Generosi Helena Lubniowska olim Generosi Venceslai Wierzchowski Consortis relicta vidua Mater et Franciscus Wierzchowski filius annu circiter Decimum Septimum aetatis suae agens sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castren Capitan Praemyslien Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet Secum Succeßoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim

Suo prointeresse recognovit. Quia ipsi et quidem suprascripti
Generosus Franciscus Wierzchowski filius cum praefatae Parentis
Suae et Generosi Nicolai Wierzchowski Fratris sui Patruelis germani
personali assistentia et idoneo ad infrascripta recognoscenda con-
sensu suo et Generosarum Catherinae et Constantiae Wierzchowskich
sui Recognoscentium filiarum et sororum progenitarum ratthabitio-
ne cavent et se praesentibus inscribunt nominibus Magnificam
Mariannam de Zmigrod Magnifici olim Andreae Ostrorog Sanocen
Drohovicen Capitanei Consortem relictam viduam olim vero Gene-
rosorum Joannis Casimiri de Zmigrod Stadnicki et Isabellae
de Auszatyn Halinowska filiam et ipsius posteros de summis
et quidem prima Mille florenorum Polonicalium Contractu cer-
to inter eosdem olim Parentes eiusdem Magnificae Capitaneae
Sanocen et suprascriptum Generosum Venceslaum Wierzchowski
maritum et Parentem Recognoscentium confecto et conscripto
de actu et data illius in Zydaczow feria tertia post Dominicam
Rogationum proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexa-
gesimo octavo Actisque Castren Zydaczowien roborato et per
transportationem ad Acta Terrestria Premislien perroblato
secreto tum altera summa Ducentorum Florenorum Polonica-
lium in eodem Contractu certo inscripto et ad solvendum assecurato
nec non de eisdem ipsis Contractibus eorumque Inscriptionibus
Roborationis in se de praemissis Cautionibus ob sufficientem et
plenariam sibi Recognoscentibus praestitam satisfactionem
summarumque suprascriptarum utramque realem et effectivam
persolutionem quietant emittunt dimittunt liberosque et
absolutos faciunt et perpetuo pronuntiant. Contractus eosdem
tum et eorum Inscriptiones Roborationes cum omnibus eorum
conditionibus et ligamentis in toto et per omnia cassant morti-
ficant et annihilant sibi suisque posteris ratione praemissorum

perpetuum imponendo silentium. Nihilominus iidem Reco-
gnoscentes Generosi Helena Mater et Franciscus Filius
Wierzchowscy debebunt et tenebuntur prout se ac suos Successores
in et super bonis suis generaliter omnibus summisq pecu-
niariis quibusvis habitis et habendis supranominato Mag.co
Capitaneo Samoliensi inscribit et obligat praesentibus. Praedi-
ctas Generosas Catharinam et Constantiam Wierzchowskie
sui Recognoscentis filias et sorores vel in eventum mortis Successores
illarum ad approbandum per ipsas Inscriptionem praesentem
Quietationem aut similem illam sub pro interesse faciendam
ad Acta quaevis authentica quaevis authentica Regni vim et
robur perpetuitatis in se habentia postquam adoleverint et
annos selectos aetatis attigerint aut in matrimonium elocatae
vel coenobium ingressae fuerint cum assistentia de iure requi-
sita adducere et personaliter statuere, ab eisq vel in even-
tum mortis Successoribus illarum ut praemissa deliberentur exequan-
tur efficere. Idq sub vadio summae mille ducentorum Floreno-
rum Polonicalium per eosdem suprascriptos Recognoscentes
aut eorum Successores praenominato Mag.co Capitaneo Samo-
liensi suis illorumq posteris ob non statutionem praedictarum
filiarum et sororum suarum statuendarum vel in eventu
mortis Successorum illarum ad exequenda praemissa pro tem-
pore et loco superius expressis ad Solvendum succum-
bendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum
succubito ac pro re aliqua minus pali ex praemissis non
completa complenda praedictisq filiis et sororibus suis
non statutis statuendis citati existentes memorati Reco-
gnoscentes aut eorum posteri ad instantiam praedicti Mag.ci

Capitaneo Gamolien suis illius Successorum ad officium praesens Castren Capitan Praemyslien exhunc reiusve supraseriò quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare, iuri parere respondere vadium praetactum luere, inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, proma(?) minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Adquietationem praeterea ultra proximos officii praefati Castren Capitan Praemyslien terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo promissaque omnia poenis simplicibus vel implicationes faciendo promissaque omnia poenis ... inscriptione cautis evasionibus suspensionibus fatalibus Iurisque remediis terrestri bello conventioneque aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec alioquovis modo evadendo.

Hae sua praesenti

Winnicki Potocki et coniuges Quietat et Statuet

960 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesen Castren Capitan Praemyslien Generosus Andreas Winnicki sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iudiciis Iurisdictionibusque suis quibus suis propriis